



ORATIO

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ARGUMENTO.

Arquias, natural de Antioquia, poeta griego de grande fama, viniendo á Italia, se avecinó en Heraclea, donde consiguió naturalizarse, ya por su ingenio, ya tambien por el influjo y mediacion de Luculo. Despues logró el derecho de ciudadano romano el año 661, cuyos privilegios gozó por espacio de 28 años sin la menor contradiccion, hasta que un tal Graco le citó á juicio, acusándole de que no siendo ciudadano romano se portaba como tal. Esta injusta demanda obligó á Ciceron á salir, como buen discípulo, á la defensa de Arquias con la siguiente oracion.

Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infior mediocriter esse versatum; aut si hujusce rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis et disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, earum re-

INTERPRETACION. *Exercitatio*, práctica en la oratoria. *Ratio aliqua*, alguna habilidad en esto, dimanada del estudio é instruccion en las bellas letras, de las que confieso no haber estado ajeno en todo el tiempo de mi vida, A. Licinio primero que nadie debe pedirme en recompensa como por derecho suyo el fruto

NOTAS Y ARTIFICIO RETÓRICO.
Si quid est, nótese por primer precepto de la oratoria la singular modestia con que habla de si mismo Ciceron, y la ley del agradecimiento, de donde está tomado todo el exordio, fundado en este silogismo sacado del lugar oratorio llamado

causa:

Mi elocuencia debe favorecer á aquel de quien tuvo principio;

Este es Arquias;

Luego á Arquias debe favorecer.

Dicendi, nótese la gran diferencia entre *loquor* y *dico*.

rum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo jure debet. Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, et pueritiæ memoriæ recordari ultimam, inde usque repetens, hunc video mihi principem, et ad suscipiendam, et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quòd si hæc vox hujus hortatu præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari, et alios servare possemus, huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas sit ingenii, neque hæc dicendi ratio aut disciplina; nec nos quidem huic uni studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quasi cognatione quâdam inter se continentur. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quæstione legitimâ, et in judicio publico, cum res aga-

de todas estas habilidades. Porque en cuanto puede mi ánimo volver los ojos atrás para recorrer los tiempos pasados y acordarme de los primeros años de mi niñez, repasando desde aquel tiempo hasta el presente, etc. *Principem*, mi guía. *Conformata*, amaestrada. *Saluti*, ha dado la vida. *Debemus*, es obligacion mia socorrer y favorecer, etc. *Ita dici*, que yo hable en estos términos porque este sigue distinta profesion de ingenio, y no este ejercicio y estudio de la oratoria. *Humanitatem*, al conocimiento de las letras humanas. *Continentur*, se unen. *Quæstione*, en una causa sobre el cumplimiento de las leyes, y en un tribunal público...

Quoad, asuncion del silogismo.

Ultimam, significa aqui la edad mas remota con respecto á la en que uno se halla; y son los primeros años de nuestra vida.

Quòd si, complexion del silogismo.

Ac ne quis, prueba de la asuncion por una prolepsis disimulada, objetándose á si mismo: ¿qué connexion tiene la oratoria, que yo sigo, con la profesion de Arquias, que es la poesia? Responde con el enlace que entre si tienen las letras humanas. Letras humanas llamamos á la gra-

mática de cualquiera lengua, retórica, poesia, historia.

Sed ne cui, discúlpase de que defendiendo á un reo se pone á hablar de materia de erudicion con este silogismo: Cuando el reo, el pretor y el auditorio son personas instruidas, se debe permitir hablar de erudicion;

Aqui se encuentran estas personas;

Luego me debeis permitir hablar de erudicion.

tur apud prætorem populi romani lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi quod non modò a consuetudine iudiciorum, verùm etiam a forensi sermone abhorreat: quæso a vobis, ut in hanc causâ mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum spero, non molestat; ut me pro summo poetâ atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestrâ humanitate, hoc denique prætore exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulò loqui liberius: et in ejusmodi personâ, quæ propter otium ac studium minimè in iudiciis periculisque tractata est, uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi.

Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profectò ut hunc A. Licinium, non modò non segregandum, cum sit civis, a numero civium, verùm etiamsi non esset, putetis adsciscendum fuisse.

Nam ut primùm ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi natus est, loco nobili, et celebri quondam urbe et copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluenti) celeriter antecellere omnibus ingenii gloriâ contigit. Post in ceteris Asiæ partibus, cunctæque Græciæ, sic ejus

Lectissimum, sugeto de los mas principales. *Severissimos*, de la mayor integridad. *Abhorreat*, desdice del lenguaje. *Veniam*, un permiso que será muy del caso para este reo. *Molestam*, no os desagradará. *Humanitate*, en medio de vuestro gran conocimiento de las letras humanas, y finalmente presidiendo en este tribunal un pretor como el que es. *Paulò liberius*, con alguna mas libertad. *Otium*, por su vida tranquila y estudiosa nunca se vió en pleitos ni tribunales. *Tribui*, me lo permitis y concedéis, haré ver, etc. *Adsciscendum*, que se le debía contar en su número. *Informari*, se suele ir disponiendo para el estudio de las letras humanas. *Liberatissimisque*, propios de gente noble...

Prætores, naturalmente sería el pretor de los forasteros.

Quod si mihi, proposicion de toda la oracion; tiene dos partes.

Nam ut primùm, narracion. Con-

tiene el ingenio de Arquias, su fama, la amistad con hombres principales, y cómo los de Heraclea le recibieron por ciudadano.

adventus celebrabatur, ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret. Erat Italia tunc plena græcarum artium ac disciplinarum; studiaque hæc in Latio vehementius tum colebantur, quàm nunc iisdem in oppidis; at hic Romæ propter tranquillitatem reipublicæ non negligebantur. Itaque hunc et Tarentini, et Rhægini, et Neapolitani civitate ceterisque præmiis donarunt; et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant judicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tantâ celebritate famæ cum esset jam absentibus notus, Romani venit, Mario consule et Catulo. Nactus est primùm consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cum prætextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solum ingenii ac litterarum, verùm etiam naturæ atque virtutis fuit, ut domus quæ hujus adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis jucundus Q. Metello illi Numidico, et ejus Pio filio; audiebatur a M. Æmilio; vivebat cum Q. Catulo, et patre et filio; a L. Crasso colebatur: Lucullos verò, et Drusum, et Octavios, et Catonem, et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret,

Exspectatio, que lo que de él se esperaba excedía á la fama que corria de su ingenio, y la admiracion de su llegada á lo que de él se esperaba. *Vehementius*, se cultivaban con mas ardor. *Non negligebantur*, no estaban decaidos. *Omnes qui*, cuantos tenían voto en materia de ingenios. *Nactus est primùm*, alcanzó primeramente unos cónsules, de los cuales el uno podia suministrarle muy buenos materiales para escribir, el otro no solamente esto, sino que le podia ayudar y juzgar sus obras. *Prætextatus*, cuando Arquias no habia dejado aun la pretexto, ó no teniendo aun entonces Arquias diez y siete años. *Hoc... fuit*, fué una prueba. *Naturæ*, índole. *Prima*, le patrocinó en, etc. *Erat... jucundus*, por este tiempo era muy estimado de. *Domum*, la familia. *Devinctam*, habiéndose ganado con su trato á los Luculos...

Hospitio, entre los antiguos era muy sagrado el vinculo del hospedaje, y se contraía por aposentarse uno en casa de otro, y desde entonces se miraban como amigos y hermanos.

Nactus, Mario peleó contra Yugurta, los Ambrones, Teutones,

Cimbros: Catulo contra los Cimbros.

Prætextatus, á la edad de 17 años dejaban la vestidura llamada *prætexta*, y tomaban la toga.

Numidico, llamábase Numidico por haber sujetado la Numidia.

afficiebatur summo honore, quòd eum non solùm colebant qui aliquid percipere aut audire studebant, verùm etiam si qui forè simulabant. Interim, satis longo intervallo, cùm esset cum L. Lucullo in Ciliciam profectus, et cùm ex eà provincià cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam, quæ cùm esset civitas æquissimo jure ac fœdere, adscribi se in eam civitatem voluit; idque, cùm ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratià Luculli ab Heraciensibus impetravit.

Data est civitas Silani lege et Carbonis, « si qui fœderatis civitatibus adscripti fuissent: si tum, cùm lex ferebatur, in Italià domicilium habuissent: et si sexaginta diebus apud prætorem essent professi. » Cùm hic domicilium Romæ multos jam annos haberet, professus est apud prætorem Q. Metellum, familiarissimum suum.

Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico ampliùs: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Græche, potest? Heracleæne esse eum adscriptum negabis? Adest vir summâ auctoritate, et religione, et fide, L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heracienses legati, nobi-

Afficiebatur, le hacian los mayores honores. *Percipere*, aprender. *Verùm*, sino aun los que tal vez lo aparentaban. *Interim*, despues de largo tiempo. *Quæ cùm*, la cual ciudad, gozando de privilegios y leyes las mas justas, quiso empadronarse en ella. *Data est civitas*, se concedió el derecho de ciudadano romano por la ley de Silano y Carbon á los que estuvieren alistados en alguna ciudad confederada, y que, al tiempo de publicarse la ley, etc. *Sexaginta*, y que en el término de sesenta dias se hubieren empadronado en los registros del pretor. *Causa dicta*, defendí mi pleito. *Infirmari*, ¿qué cosa de estas puedes contradecir? *Non opinari*, que no tiene de ello opinion, sino certeza; que no lo oyó, sino que lo vió; y que no como quiera lo presenció,

Data est, primera parte de la confirmacion, donde prueba por las leyes que es ciudadano romano con este silogismo:

Aquel extranjero es ciudadano romano que tiene las circunstancias que mandan las leyes, á saber, estar admitido en ciudad confederada, tener domicilio en Roma, y encabezarse en presencia del pretor;

Tod. se verifica en Arquias; Luego Arquias es ciudadano romano.

Si nihil, complexion.

Quid enim, primera parte de la asuncion comprobada con el testimonio de Lucio, *Adest*; y de los comisionados de Heraclea, *Adsunt*; desecha la razon de la falta de registros, *Hic tu*.

lissimi homines, qui hujus judicii causâ cum mandatis et cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptum Heraciensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heraciensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere non possumus; et de hominum memoriâ tacere, litterarum memoriam flagitare: et, cùm habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii jusjurandum fidemque, ea, quæ depravari nullo modo possunt, repudiare; tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. At domicilium Romæ non habuit is, qui, tot annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocavit. At non est professus. Imò verò iis tabulis professus quæ solæ ex illâ professione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cùm Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimisque omnium, tantâ diligentia fuit, ut ad L. Lentulum prætorem et ad judices venerit, et unius nominis literâ se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam literam in nomen A. Licinii videtis. Quæ cùm ita sint, quid est quòd de ejus civitate dubitetis, præsertim cùm aliis quoque in civitatibus fue-

sino que pasó por sus manos. *Testimonio*, comision. *Tabulas*, escritos. *Ad ea*, á las pruebas que tenemos. *De hominum*, enmudecer á aquello de que pueden dar razon los vivientes, y pedir los monumentos de los escritos. *Religionem*, la escrupulosidad. *Fidem*, crédito. *Quæ depravari*, que de ninguna manera se pueden viciar. *Corrumpi*, alterarse. *Imò verò*, antes se halla empadronado en los registros, que en aquel catastro y colegio de pretores son los únicos que tienen fuerza de escrituras públicas. *Nam cùm*, pues como se dijese que se habian guardado con poco cuidado los registros de Apio, y habiendo quitado todo el crédito á sus escrituras la inconsideracion de Gabinio antes de ser condenado, y su desgracia despues de su condenacion. *Sanctissimus*, el mas escrupuloso y mirado. *Et unius*, diciendo que le habia dado que sospechar un borron que habia advertido en el nombre de uno...

Ad domicilium, segunda parte de la asuncion. *Prolepsis*.

At non, tercera parte de la asun-

cion. *Prolepsis*: amplifica esta tercera parte por los adjuntos del pretor que le alistó por ciudadano.

rit adscriptus! Etenim cum mediocribus multis, et aut nullá aut humili aliquá arte præditis, gratuito civitatem in Græciá homines impertiebantur, Rheginos, creó, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summá ingenii prædito gloriá noluisse. Quid? cum ceteri non modó post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui nec utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, rejicietur? Census nostros requiris scilicet. Est enim obscurum, proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem quaestore fuisse in Asiá: primis, Julio et Crasso, nuliam populi partem esse censam. Sed, quoniam census non jus civitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se jam tum gessisse pro cive: iis temporibus, quæ tu criminis, ne ipsius quidem iudicio in civium romanorum jure

In Græciá, dando los Griegos el derecho de ciudadano sin mérito alguno de los pretendientes á muchos hombres de mediana esfera, y que ó no tenían oficio ó era muy bajo, sin duda que, etc. *Scenicis*, aun á los farsantes. *Quid?* pues qué, habiendo otros no solamente despues de concedido el derecho de ciudadanos romanos, sino despues de la publicacion de la ley Papiá, tenido arte para introducir furtivamente sus nombres en los registros de aquellos municipios, ¿desecharemos á este que ni aun se vale del privilegio de las demás ciudades? etc. *Census*, sin duda que echarás menos el nombre de Arquías en nuestras matrículas. Sí, que no sabe todo el mundo que en tiempo de los últimos censores estuvo Arquías en el ejército en compañía del esclarecidísimo general L. Luculo; que en tiempo de los anteriores acompañó al mismo siendo cuestor en el Asia; y que en tiempo de los primeros, que fueron Julio y Craso, no se hizo catastro de ninguna clase de ciudadanos...

Etenim, prueba estar Arquías alistado en otras ciudades con una comparacion de menor á mayor:

No es creible que las ciudades de Italia le negasen lo que concedian aun á hombres de menos valer;

Es así que concedian á semejantes hombres el derecho de ciudadanos; Luego á Arquías con mas razon.

Quid? prueba con otra comparacion que no se le debe desechar á Arquías.

Requiris, objecion del contrario, á que satisface despues.

Exercitum, dice apud exercitum y no in exercitu, porque Arquías no era soldado, sino que acompañaba al general.

esse versatum; et testamentum sæpe fecit nostris legibus; et adiit hereditates civium romanorum; et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo prætoris et consule.

Quære argumenta, si qua potes: nunquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revinctur. Quares a nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convitio defessæ conquiescant. An tu existimas, aut suppetere nobis posse quod quotidie dicamus in tantâ varietate rerum, nisi animos nostros doctrinâ excolamus; aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrinâ eadem relaxemus? Ego verò fateor, me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt; ut nihil possint ex his, neque ad communem afferre fructum, neque in

Et adiit, heredó de muchos ciudadanos romanos, y se presentó su nombre en tesorería para que se le atendiese.

Quære, busca ahora pruebas, si es que puedes, pues á este nunca le sacarán del juicio que él y sus amigos han formado. *Delectemur*, estoy tan apasionado. *Suppeditat*, porque me suministra materia con que se desahogue mi ánimo, cansado del tráfigo del foro, y tengan algun descanso mis oidos aturridos con la vocería. ¿Piensas tú por ventura que puedo yo tener suficientes materiales para hablar todos los dias en tanta variedad de asuntos, si no cultivo mi ánimo con varia erudicion; ó que puedo yo trabajar con tanto teson, si no me tomo algun desahogo con ella misma? *Abdiderunt*, se arrinconaron en sus estudios, que nada han podido

Erarium, cuando volvian los generales de una guerra presentaban en tesorería una lista de los que habian hecho algun servicio á la república para que se les atendiese en sus pretensiones.

Quære, segunda parte de la confirmacion. Pasa de la hipótesis á la tesis, pues todo poeta debe ser honrado: y forma el siguiente silogismo, que es el principal de toda esta segunda parte: Los poetas deben ser condecorados con el honor de ciudadanos;

Arquías es consumado poeta; Luego debe ser condecorado, etc. La proposicion la prueba de tres modos: por los efectos, por compa-

racion de menor á mayor, y por ejemplos. La asuncion la prueba de dos maneras, y despues inculca y repite varias veces la complexion: La primera prueba de la proposicion por los efectos la toca en esta forma: Aquellos deben ser honrados que contribuyen para el recreo del hombre, para la elocuencia, y para el gobierno de la república;

Los poetas acarrearán todo esto; Luego deben ser honrados.

Quia suppeditat, el primer miembro de la proposicion lo prueba diciendo que el recreo de la leccion de los poetas es mas honesto que la diversion de los espectáculos, con vites y juegos.

aspectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut ab illis nullo me unquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi jure succenseat, si quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt intempestivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero? Atque hoc adeo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis hæc quoque crescit oratio et facultas: quæ, quantumque in me est, nunquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui levior videtur, illa quidem certè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio. Nam, nisi multorum præceptis, multisque litteris mihi ab adolescentiâ suasisset, nihil esse in vitâ magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem; in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii parvi esse dicenda, nunquam me pro salute vestrâ in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces,

sacar de ellos ni para el provecho del público, ni para que nadie lo vea. *Illis nullo*, que para favorecer á cualquiera en sus peligros jamás me ha retraído mi sosiego ó mi descanso, ni me han apartado las diversiones ni retardado el sueño. *Obeundas*, manejar sus negocios. *Intempestivis*, banquetes desarreglados. *Aleæ*, juegos de fortuna. *Ex his*, de estos estudios cobra nuevo vigor esta mi facultad de la elocuencia. *Defuit*, jamás faltó á mis amigos en sus peligros. *Levior*, de poco valor. *Hauriam*, sé muy bien de qué fuente he de sacar los pensamientos sublimes. *Expetendum*, digna de ser codiciada. *Honestatem*, la virtud. *Persequenda*, y que por conseguirla. *Nunquam*, nunca yo me hubiera expuesto por defenderos á tantos y tan recios debates, y á estas diarias acometidas de gente desalmada. *Pleni*, llenos están de esta doctrina los libros, llenas las máximas de los sabios, etc...

Intempestivis, convites celebrados fuera de la hora acostumbrada, que era á la caída de la tarde, ó la hora nona, cuando comían los antiguos.

Atque hoc, segundo miembro de

la proposicion.

Quæ si cui, tercer miembro de la proposicion; que tambien contribuye para el gobierno de la república.

plena exemplorum vetustas: quæ jacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quàm multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum expressas scriptores et græci et latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administrandâ republicâ proponens, animum et mentem meam ipsâ cogitatione hominum excellentium conformabam. Quæret quispiam: quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istâne doctrinâ, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrinâ, naturæ ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor. Etiam illud adjungo, sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrinâ, quàm sine naturâ valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam confirmatioque doctrinæ; tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt: divinum hominem, Africanum, ex hoc C. Lælium, L. Furium, modestissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum, et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem, qui profectò, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, et si

Nisi accederet, si no fuera por la luz de las letras. *Expressas*, sacadas muy al vivo. *Quas ego*, las que proponiéndome siempre en el gobierno de la república, arreglaba segun ellas mi corazon y entendimiento con la meditacion de aquellos hombres sobresalientes. *Confirmare*, afirmar. *Ego multos*, confieso que ha habido muchos hombres de ánimo y esfuerzo singular, que sin instruccion alguna, por disposicion casi divina de la misma naturaleza, por sí mismos fueron moderados y circunspectos. *Naturam*, el buen natural sin instruccion. *Atque idem*, pero tambien digo resueltamente que cuando á un natural bueno y sobresaliente se junta cierta buena disposicion y forma que dan las letras, entonces se halla en el hombre no sé qué realce singular. *Percipiendam*, conseguir y cultivar...

Quod si non, prueba que aunque la poesia no acarrese mas ventajas que el recreo, bastaba. Por los ad-
'untos y efectos:

No hay recreo mayor que el que

conviene á todas las edades, lugares y tiempos;

Sola la poesia tiene esto;

Luego ella es el mayor entre todos los recreos.

ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi remissionem humanissimam au liberalissimam judicaretis. Nam ceteræ neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. Hæc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper non commoveretur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus; nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices (utar enim vestrâ benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis), quoties ego hunc vidi, cum litteras scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tunc agerentur, dicere ex tempore? Quoties revocatum, eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis? Quæ verò accuratè cogitatèque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent.

Remissionem, este desahogo del alma por muy racional y propio de gente noble. *Adolescentiam*, sen pasto de la juventud, recreo de la vejez, lustre de la prosperidad, refugio y consuelo en la adversidad. *Pernoctant*, pasau con nosotros las noches, van de viaje, y nos divierten en las granjas. *Attingere*, tener alguna inteligencia ni gusto en ellas. *Agresti*, grosero y empedernido. *Artem*, habilidad y gracia. *Motu*, ademanes. *Animorum*, increíble viveza del ánimo y prontitud del ingenio. *Dicere*, decir de repente. *Quoties revocatum*, ¿cuántas veces instado de nuevo, explicaba una misma cosa con distintas palabras y sentencias? Pero lo que componia despacio y de pensado, etc...

Quis nostrum, comprobacion del aprecio que merecen los poetas, con una comparacion de menor á mayor: Mucho mas es un poeta que un cómico; Roscio cómico mereció nuestro

aprecio; Luego mas lo merece un poeta. *Quoties ego*, prueba de la asuncion del silogismo principal de esta segunda parte.

Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, et doctrinâ, et præceptis, et arte constare: poetam naturâ ipsâ valere. et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu afflari. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quòd quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum: Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò suum esse confirmant: itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter se atque contendunt. Ergo alii alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expectant: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? Præsertim, cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi romani gloriam

Ratione, por todos los medios posibles. *Ceterarum*, que las demás facultades se aprenden con la instruccion, con los preceptos y con el arte; pero que el poeta lo es por naturaleza; que es agitado de la fuerza de su imaginacion, é inspirado por un espíritu divino. *Commendati*, etc., los que parece nos fueron concedidos como por especial don y favor de los dioses. *Humanissimos*, dotados de la mayor erudicion. *Respondent*, corresponden á la voz con el eco: y en nosotros, instruidos en las bellas letras, ¿no hará mella la voz de los poetas? *Vindicant*, se le apropian; los Salaminios le piden para sí; los Esmirnenses porfian, etc. *Pugnant*, traen entre sí debates y contiendas...

Hunc ego, aquí está disimulada la complexion.

Suo jure, lo mismo que *jure optimo, jure merito, non injuriâ*, con justisima razon.

Saxa, amplificacion por comparacion de menor á mayor, algo poética (alude á la fábula de Orfeo).

Homerum, prueba de la proposicion con una amplificacion por ejemplos:

Nosotros debemos honrar á los

que todos honraron;

Todos honraron á los poetas; Luego, etc.

Los ejemplos de que se vale son de los Griegos, de Temistocles, Mario, Escipion, Alejandro, Pompeyo, Sila, Metelo, Décimo Bruto, en lo que se dilata bastante.

Præsertim, otra prueba de la asuncion del silogismo principal, tomada de lo que escribió Archias.

laudemque celebrandam. Nam et cimbricas res adolescens attigit, et ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, jucundus fuit. Neque enim quisquam est tam aversus a musis, qui non mandari versibus æternum suorum laborum facilitè præconium patiatur. Themistoclem illum summum Athenis virum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama aut cujus vocem libentissimè audiret: «Ejus, a quo sua virtus optimè prædicaretur.» Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cujus ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. Mithridaticum verò bellum, magnum atque difficile, et in multâ varietate terrâ marique versatum, totum ad hoc expressum est: qui libri non modò L. Lucillum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi romani nomen illustrent. Populus enim romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, et regiis quondam opibus et ipsâ naturâ regionis vallatum: populi romani exercitus, eodem duce, non maximâ manu innumerabiles Armeniorum copias fudit: populi romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum, ejusdem consilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque conservatam: nostra semper feretur et prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfecit ducibus depressa hostium classis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis: nostra sunt trophæa, nostra monumenta, nostri triumphus. Quare, quorum ingeniis hæc feruntur, ab iis populi romani fama celebratur. Carus fuit Africano superiori noster Ennius. Itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus e marmore. At iis laudibus certè

Attigit, escribió algo sobre la guerra contra los Cimbros. *Jucundus*, agradó. *Durior*, que parecía no tener inclinación. *Aversus*, tan desafecto á las musas, que no lleve con gusto que se eternice en un poema el elogio de sus afanes. *Cum ex eo*, preguntándole qué canción ó qué voz oiría con mas gusto, respondió, que la de quien celebrase mejor su valor. *Varietate*, que tuvo muchos altos y bajos. *Expressum*, la escribió toda hasta el fin. *Aperuit*, abrió paso para el Ponto, que estaba fortalecido. *Naturâ*, situación del país. *Non maximâ manu*, con poco número. *Ore ac*, del lance mas apurado de la guerra. *Depressa*, echada á pique. *Feruntur*, cuyos ingenios publican estas acciones...

Acroama, voz griega latinizada del verbo ἀκροαμαί, oír. Significa el oído, la narración ó relación, cuento,

canción, y también el mismo que refiere alguna fábula ó cuento. *Ore ac*, alegoría y pintura poética.

non solùm ipsi, qui laudantur, sed etiam populi romani nomen ornatur. In cælum hujus proavus Cato tollitur: magnus honos populi romani rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium hominem, majores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracleiensem, multis civitatibus expetitur, in hac autem legibus constitutum, de nostrâ civitate ejiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex græcis versibus percipi quàm ex latinis, vehementer errat, propterea quòd græca leguntur in omnibus ferè gentibus, latina suis finibus, exiguis sanè, continentur. Quare, si hæc res, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quòd manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriâ famamque penetrare: quòd cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum iis certè, qui de vitâ, gloriæ causâ, dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est, et laborum.

Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset: «O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris!» Et verè. Nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus

In cælum, etc., de ser ensalzado hasta las estrellas Cato, bisabuelo de este, resulta gran gloria al nombre del pueblo romano. *Ergo illum*, con que nuestros mayores dieron el derecho de ciudadano á Enio, natural de Rudia, por haber hecho estos elogios, y nosotros hemos de desechar á este naturalizado en Heraclea, deseado por muchas ciudades, y establecido en la nuestra por las leyes? *Vehementer*, va muy equivocado. *Quare si hæc res*, porque si nuestras empresas tienen los mismos límites que el mundo, debemos desear que hasta donde llegaron nuestras armas hasta allí se estienda, etc. *Qui de vitâ*, que ponen en riesgo su propia vida á trueque de conseguir honra. *Incitamentum*, estímulo para arrojarse á los peligros y trabajos.

Præconem, elogiador. *Et verè*, y con razon. *Ilias*, si no hubiera quedado aquella Iliada, la misma tierra que cubria su cadaver

Hujus, señala á un senador que estaba presente.

Omnes, florecieron en la segunda r. púnica escrita por Enio.

Ergo illum, argumentación por comparación con Enio, para probar la asunción del silogismo principal.

ejus contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit, nonne Theophranem Mytilenæum, scriptorem rerum suarum, in concione militum civitate donavit? Et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quãdam gloriæ commoti, quasi participes ejusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt. Itaque, credo, si civis romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit? Sylla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo hunc petentem repudiasset: quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subjecisset, quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tunc vendebant, jubere ei præmium tribui sub eã conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, hujus ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset? Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se, neque per Lucullos impetravisset? qui præsertim usque eò de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet. Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis feren-

hubiera tambien sepultado su nombre. *Rustici*, aunque gente grosera y militar. *Dulcedine*, atractivo. *Illud*, aquella honra. *Clamorem*, á voz en grito. *Perficere*, conseguir. *Malus poeta*, habiéndole presentado un mal poeta del pueblo un papel que contenía tan solo un epigrama en su alabanza en versos elegiacos. *Vendebant*, estaban en almoneda. *Qui sedulitatem*, un hombre que tuvo por digna de premio, aunque corto, la diligencia de un mal poeta, ¿no hubiera deseado el ingenio, la viveza y afluencia de este en escribir? *Usque eò*, deseaba tanto. *Ut etiam*, que daba oídos á los poetas cordobeses, aunque tenían un acento toscó y extranjero. *Neque*, ni se debe pasar en silencio lo que no puede ocultarse, sino que lo debemos confesar claramente...

Magnus, Pompeyo, el cual estaba presente.

Itaque credo, ironía.

Vendebant, los bienes de los que había proscrito Sila.

Pinque, por mas que Mureto tome argumento de este lugar para denigrar á todos los poetas españoles,

Ciceron solo tacha á los Cordobeses del acento ó tonillo de la pronunciacion, que no se acomodaba al oído fino de los Romanos, y nada mas, pues solo eso significa la voz *sonantibus*, etc.

Neque enim, prueba el aprecio que se debe hacer de los poetas,

dum: trahimur omnes laudis studio, et optimus quisque maximè gloriã ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis quos de contemnendã gloriã scribunt, nomen suum inscribunt: et in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemque despiciunt, prædicari se ac nominari volunt. Decimus quidem Brutus, summus ille vir et imperator, Accii, amicissimi sui, carminibus temporum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Jam verò ille, qui cum Ætolis, Ennio comite, bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in quã urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in eã non debent togati judices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere. Atque, ut id libentiùs faciatis, jam me vobis, judices, indicabo, et de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, verumtamen honesto, vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujus urbis atque imperii, et pro vitã civium proque universã reipublicã gessimus, attingit hic versibus atque inchoavit: quibus auditis, quòd mihi magna res et jucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculisque desiderat, præter hanc laudis et gloriæ: quã quidem detractã, judices, quid est quòd, in hoc tam exiguo vitæ curriculo et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus? Certè, si nihil animus præsentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eisdem

Trahimur, nos arrastra. *In eo ipso*, en el hecho de despreciar la fama y la alabanza, quieren ser ensalzados y afamados. *Aditus*, las fachadas. *Comite*, llevando á Enio en su compañía. *Prope*, casi con las armas en la mano. *Abhorrere*, desentenderse. *Indicabo*, os descubriré mi pecho. *Acri*, demasiado excesivo, pero honroso. *Attingit*, emprendió y comenzó á escribir en verso. *Exerceamus*, nos fatiguemos. *Si nihil*, si nuestra alma uada presentiese de lo por venir, y si limitase sus pensamientos en los términos en que está demarcada nuestra vida, ni se quebrantaria con tantos traba-

porque ellos contribuyen mas que ninguno á la consecucion de la fama: deseo natural en todos, y mayor en los mas buenos

Præsentiret, nótese la fuerza del

verbo *præsentio*, barruntar, que se acomoda lindamente á los animales, que por instinto barruntan mutacion de tiempo.

omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, neque toties de vitâ ipsâ dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes et dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam. An verò tam parvi animi videamur esse omnes, qui in republicâ, atque in his vitæ periculis laboribusque versamur, ut, cum, usque ad extremum spatium, nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An cum statuas et imagines, non animorum simulacra sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerint, consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multò malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego verò omnia, quæ gerebam, jam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò, sive a meo sensu post mortem abfutura sunt, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certè cogitatione quâdam speque delector.

Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum studiis videtis comprobari, tum dignitate, tum

jos. *Dimicaret*, expondria á riesgo. *Insidet*, se halla en todo hombre de bien. *Non cum*, que con la muerte no se ha de acabar a memoria de nuestro nombre, sino que se ha de igualar con toda la posteridad. *Nullum*, no habiendo tenido ni una respiracion con tranquilidad y sociego hasta el fin de nuestra vida. *Studiosè*, habiendo cuidado muchos sugetos consumados de dejarnos estátuas é imágenes, que son retratos de los cuerpos y no de las almas. *Effigiem*, copia de nuestros pensamientos y virtudes pintada al vivo y perfeccionada, etc. *Jam tum*, en el mismo acto de hacerlas. *Hæc verò*, ya no perciba yo nada de esta memoria despues de la muerte, ó ya permanezca en alguna potencia de mi alma, como fueron de opinion los hombres mas sabios, lo cierto es que ahora me deleito con este pensamiento y esperanza.

Hominem pudore eo, á un hombre de tanto pundonor á quien veis ser celebrado por sus amigos, ya por su mérito, ya por su habilidad...

Quare, epilogo ó recapitulacion de todo lo que se ha dicho en todo el discurso.

etiam venustate; ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingenii expetitur esse videatis; causâ verò ejusmodi, quæ beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis negotiis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur, quique est eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestrâ levatus potius, quàm acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causâ pro meâ consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori, neque judiciali consuetudine, et de hominis ingenio, et communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certè scio.

Causâ verò, y que tiene una causa tan justa, que se halla justificada por el privilegio de la ley, por la autoridad de un municipio. *Sic in vestram*, que de tal suerte le ampareis con vuestra proteccion, que antes parezca le habeis favorecido con vuestra benignidad que ofendido con vuestro rigor. *Ab eo qui*, seguramente sé que lo hará el presidente de este tribunal.

Quæ cum ita sint, implora el favor de los jueces por el honor que ha dado Arquias á Roma.

Quæ de causâ, se escusa de haberse salido del estilo de las causas.

ANÁLISIS.

Esta oracion pertenece al género judicial, pues se trata de defender á Arquias: y por cuanto la segunda parte de la confirmacion se emplea en las alabanzas de Arquias y de las bellas letras, pertenece al demostrativo, y es un panegirico. Su estilo es mediano, si bien se eleva algo en el elogio de las letras, y mas cuando toca la inmortalidad del alma. Consta de cinco partes: exordio, propo-

sición, narración, confirmación, en que va mezclada la refutación del contrario, y epílogo.

En el exordio se capta la benevolencia, manifestando su gratitud para con su maestro, que le inclinó á los estudios y formó para la elocuencia: *Si quid est*; y la atención y docilidad por el nuevo modo de defender la causa, hablando de las letras en un concurso sabio: *Sed ne cui*.

La proposición consta de dos partes: 1.^a Arquías es ciudadano romano; 2.^a aunque no lo fuese, se le debía tener por tal: *Quod si mihi*.

En la narración expone los estudios de Arquías, su ilustre nacimiento y patria, su llegada á Italia, donde le hicieron ciudadano suyo los Reginos, Tarentinos y Napolitanos, logrando la estimación de varios sujetos de mérito; su partida á Heraclea, donde fué hecho ciudadano por su mérito y autoridad de Luculo; y su admisión por ciudadano romano por la ley Plautia: *Nam ut primum*.

En la confirmación prueba ser ciudadano romano porque lo era de Heraclea; por el testimonio de Luculo y de los legados que se hallaban presentes: *Si nihil aliud*; porque tuvo domicilio en Roma: *At domicilium*; por haberse encabezado en presencia del pretor mas escrupuloso y fiel en sus registros: *At non est professus*; porque fué ciudadano de varias ciudades confederadas: *Etenim cum mediocribus*; y porque usó de los derechos de ciudadano romano: *Census nostros*; donde deshace el objeto de la falta de matriculas.

Prueba en la segunda parte que debía tenerse por ciudadano, aunque no lo fuera, por ser poeta, y de este modo hace la materia, que era estéril, mas brillante con el elogio de la poesía, cuyo estudio: 1.^o es útil á los oradores: *Quæres a nobis*; y á los que gobiernan: *Quàm multas*; deshaciendo la objeción de que algunos sin ciencia por don natural gobiernan bien: *Quæret quispiam*; 2.^o deleita en todo lugar y tiempo: *Quòd si non hic tantus*; ilustrándolo con el ejemplo del aprecio que tuvo Roscio; 3.^o y honra al que la posee haciéndole respetable á todos, lo que comprueba con ejemplos: *Atqui sic*. Es digno Arquías de este privilegio por su amor á los Romanos, pues escribió la guerra contra los Cimbras: *Præsertim cum omne*; las victorias de Luculo contra Mitridates: *Mithridaticum verò*; el consulado de Ciceron y elogios de los jueces: *Quare si hæ res*; por lo cual debe ser amado como lo fué Enio por Escipion, varios escritores por Alejandro, Teofanes por Pompeyo, el otro mal poeta por Sila, los Cordobeses por Metelo, y Accio por Bruto. Concluye por la causa final, á sa-

ber, el deseo que todos tenemos de gloria inmortal: *Non enim est dissimulandum*.

En el epílogo recopila su oración, pidiendo se tenga á Arquías por ciudadano romano por el mérito de su persona, por estar probada su causa con la ley y autoridad del municipio, testimonio de Luculo y registros de Metelo: *Quare conservate*; por el honor que ha hecho al pueblo romano, y por ser poeta: *Quæ cum ita sint*; y se excusa del método que ha observado en la defensa de esta causa: *Quæ de causâ*.

ORATIO IN L. CATILINAM.

ARGUMENTO.

Lucio Catilina, caballero del orden patricio y partidario de Sila, despues de haber obtenido la pretura y gobernado el Africa, fué acusado de cohecho por P. Clodio. Desde entonces concibió, segun se cree, la idea de la conjuración. Solicitó por tres veces el consulado, y otras tantas llevó repulsa. Esto le enfureció de manera que se resolvió ya á destruir la república por todos los medios posibles, solicitando para este fin, como dice Salustio, una gavilla de la gente mas perdida de la ciudad, á los que convocó á deshora de la noche á casa de M. Porcio Leca. Allí les mostró el plan de la guerra, y les dijo que su intención era quitar la vida á Ciceron y á la mayor parte de los senadores, é irse al campo de Manlio. Cayo Cornelio y Lucio Vargunteyo, que se ofrecieron á dar cumplimiento á su primera pretension, pasaron de madrugada á casa de Ciceron para quitarle la vida en su misma cama. No lo consiguieron, pues el cónsul, noticioso por medio de Fulvia de las intenciones de los conjurados, aseguró su casa redoblando las guardias, que les negaron la entrada. Libre del peligro, juntó el senado,